Fragmentarium

A
3

studio non mutetur.
Unde iohannes quoque
ad uerba inuidiae prae-
dicamenta respondit
uitae. nam protinus adiungit;
Ego baptizo in aqua.
medius autem uestrum stetit
quem uos non scitis.
Iohannes non spiritu sed aqua
baptizat. quia peccata
soluere non ualens. bap-
tizatorum corpora per aquam
lauat. sed mentem tamen per ueniam
non lauat. Cur ergo
baptizat. [qui p]eccata
qui peccata per baptisma
non relaxat. nisi ut prae-
cursionis suae ordinem
seruans. qui nasciturum
nascendo praeuenerat.
Baptizaturum quoque dominum
baptizando praeueniret &

esse adsint & nesciri.
Quia in carne deus ueniens
& uisibilis extitit cor-
pore & inuisibilis maies-
tate. De quo & hic sub-
dit. Qui post me uenit
ante me factus est. Sic enim
quod dicitur ante me factus
est. Ac si dicatur ante
positus. Post me ergo
uenit. quia post modum
natus. ante me autem fac-
tus est. quia mihi praelatus.
Sed haec paulo superius
dicens. & hic praelationis
eius causas aperuit cum
subiunxit. Quia prior
me erat. Ac si aperte dicat.
Inde me & hic post natus
superat. quo eum natiui-
tatis suae tempora non
angustant. Hic qui

Homilia VII

Ser. nov. 2066

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 2066, CodSerNov2066_3r – Gregorius Magnus, Homiliae in evangelia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-jyai/1888/22857)